



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 21. Erronea Matthiæ Minoritæ doctrina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

Sæcul. XV.
A.C 1498.

busdam casibus etiam Pontificis judici-
um posse errori esse subjectum, ibique
erroris vincibilis naturam explicat; quar-
to capite agit de excommunicatione, &
peccatis hac poena dignis; quinto tractat
de obedientia subditorum erga Prælatos
& Superiores; sexto ac septimo expo-
nit illud axioma: *Timenda est Superioris*
sententia, sive justa sive iusta lata, ac ve-
rum illius sensum detegit. Alter liber
octo articulos complectitur, in quibus
Picus Mirandulanus Savonarollam intre-
pide defendit, asseritque, summum Pon-
tificem artibus eorum, qui huic Religio-
so infensi erant, fuisse deceptum, proin
eiusdem mandatum haud exequendum
fuisse, cum Savonarolla censuras non in-
currisset, ideoque nec ab illis liberari po-
tuisset. Tandem opus suum absolvit in
amplas clientis sui laudes excurrens, ac
futuris persecutionibus obviandi media
præscribit.

§. XXI.

Erronea Matthiae Minoritæ doctrina.

Sub idem ferme tempus Matthias ex ~~Bzov.~~ anno
ordine Fratrum Minorum erroneous 1498. n. 31.
fuum dogma in vulgus spargere coepit.
Docuit, S. Francisci regulam ad literam
esse servandam, proin S. Bonaventuram,
Magistros Theologos, eosque Pontifices
Q 4 lethæ-

Sæcul. XV. lethalis noxæ reos esse, qui vel Regulam
A. C. 1498. mitigarunt, vel privilegia concesserunt.
Damnabat etiam cœnobia, quæ Procu-
ratores, & Syndicos haberent. Cum
autem memoriæ admodum tenacis, mul-
tisque linquis præcipue vero Hebraica
& latina præstaret, facile erroris sui Se-
ctatores sibi conciliabat, quos inter octo-
ginta Fratres Minores recensebat, tan-
demque in erroneæ suæ doctrinæ perti-
nacia adeo obfirmatus persistebat, ut eti-
am mandata Ecclesiæ, & summorum
Pontificum censuras contemneret. Con-
jectus ea de caufa in carcerem, inde li-
ber non exibat, donec emendationem
vitæ, ac erroris revocationem promiss-
set; ast paulo post ad vomitum rediens,
secundo comprehensus est, ex ergastulo
tamen, in quo minus caute custodieba-
tur, evasit, ac cum aliquot sectariis in
quoddam desertum secessit, ubi novum
ordinem instituere, Provinciales, & Guar-
dianos designare præsumpsit, jactabun-
dus affirmans, se a Deo illuminatum esse,
ac etiamnum in Vita miraculis clarum
fere: Tandem vero ex hoc deserto au-
toritate Pontificis ejectus, ad Minores
Conventuales se recepit, ubi deliramen-
tis suis immortuus periit, simulque cum
eo secta ipsius dissipata fuit.

§. XXII.